Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Audita magis quam uisa discriberent; Ioh
annis ultimus apostolus et euangelista
quem ihs amauit plurimum. qui super pectus
dni recumbens. purissima doctrina
rum fluenta potauit, Et qui solus
de cruce meruit audire ecce mater tua.
is cum esset in asia etiam tunc hereticoru
semina pullularent, Cerinthi ebionis et
ceterorum qui negant xpm in carne uenisse,
Quos et ipse in epistula sua antechristos
uocat et apostolus paulus frequenter percutit
coactus est ab omnibus pene tunc asiae episc
et multarum ecclesiarum legationibus; de di
uinitate saluatoris altius scribere.,
Et ad ipsum ut ita dicam di uerbum non tam
audaci quam felici temeritate prorumpere;
Unde et ecclesiastica narrat historia
cum a fratribus cogeretur ut scribe
ret ita facturum se respondisse. si in
dicto ieiunio in commune omnes dnm
praecarentur., Quo expleto reuela
tione saturatur in illud prooemium e cae
lo ueniens eructauit,